



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

92. An Episcopus teneatur constituere Vicarium Generalem? Et an possit
Episcopus creare Vicarium ante apprehensionem possessionis
Episcopatus? Et an Vicarius habeat potestatem delegatam, vel ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

dictati, & veritati consentanea iudicauerit, & alia, quae habentur in c. placuit, de consecr. dist. 1. ubi asseritur à Pontifice, quòd illae reliquiae sunt honorandae, quae certae sunt, videlicet non euidenter, sed ex rationibus probabilibus. Nam, vt notat nositer Naldus in sum. ver. certum, num. 1. & Sylu. ver. matrimonium, quest. 13. ille dicitur certus, qui probabiliter, & non temere credit.

3. Queritur secundò an reliquiae Sancti nondum canonizati, possint approbati ab Episcopo?

Affirmatiuè videtur respondere Petrus de Lorca in 3. part. D. Thom. quest. 25. artic. 6. dist. 98. num. 10. Sed contraria sententia potius est amplectenda vt contra Loream rectè adnotauit Zipaeus in analyt. & c. lb. 3. de reliquiis, & vener. Sanctorum num. 3. vide etiam Azorium tom. 1. lib. 9. capit. 8. quest. 8. Suarez in 3. part. tom. 1. disp. 5. sect. 2. & Barbolam de potest. Episc. part. 3. alleg. 97. num. 10. qui citat multos alios, & ideo illa verba Concilij reliquias nouas, accipienda sunt pro nouiter repectas.

4. Queritur tertio: an vota Theologorum sint in hoc casu consultiua tantum, ita vt Episcopus possit decernere aduersus eorum placita. Respondeo affirmatiuè. Ita Bonacina tract. de legib. disp. 3. quest. 1. punct. 4. num. 5. & Sanchez in summa. tom. 1. lib. 2. cap. 43. num. 15. Et ratio est, quia ubi solum alicuius consilium petitur, non est necesse illud sequi, vt patet ex l. cum pater, §. mando, ff. de leg. 2. & probat Menoch. vol. 1. cons. 69. num. 17. & 18.

5. Queritur quarto: an si oriatur aliqua gravis questio, & ideo conuocetur Concilium Prouinciale, an vota dictorum Episcoporum sint decisua, & non consultiua, vt de votis Theologorum diximus supra, Respondeo esse vota decisua. Ita Bonacina, & Sanchez, ubi supra, quia Concilium non petit consilium ab Episcopis, sed sententiam. Notandum verò quòd maior pars eorum sententiam faceret, vt supra dicti Auctores notant, nam sententiam, quam maior pars Concilij tulit, censetur à toto Concilio lata, l. quod maior, ff. ad municip. & cap. apostolorum, dist. 16. Et non sufficeret, vt maior pars Episcoporum scorsim, & extra Concilium sententiam ferat, sed ipsam concilianter ferre debet in ipso Concilio, vt fecerunt Episcopi in Concilio Prouinciali Toletano anno 1583, approbando reliquias nositer inuentas Sanctorum Fausti, Ianuario, & Martialis, quas antea approbauerat Episcopus ciuitatis Cordubæ, quae omnia inuenies apud Ambrosium Morales in hist. Hispan. lib. 7. cap. 12.

6. Queritur quinto, an Episcopus extra Diocesim reliquias approbare possit: vigore dicti Conc. Trident. Respondet affirmatiuè Barbosa de potest. Episc. part. 3. alleg. 97. num. 14. ubi asserit, posse Episcopum extra suam Diocesim existentem, abque aliqua Episcopi Diocesim licentia, approbationem facere, & facultatem concedere, vt in sua Diocesi publicè reliquiae collocentur venerandè. Et ratio est, quia hæc non est iurisdictio contentiosa, sed voluntaria; iurisdictio autem voluntaria exerceri potest extra Diocesim propriam, etiam sine facultate Episcopi illius loci, in quo exercetur iurisdictio, vide Bonacina, & Sanchez ubi supra.

RESOL. XCII.

An Episcopus teneatur constituere Vicarium Generalem?

Et an possit Episcopus creare Vicarium ante apprehensionem possessionis Episcopatus?

Et an Vicarius habeat potestatem delegatam, vel ordinariam?

Idem est dicendum de Vicario Capituli sede vacante. Et an Episcopus ad expediendas causas possit constituere duos principales Vicarios, dummodo tamen vñsini in loco, ubi sedem habet? Ex quo fit, quòd non possit creare duos Vicarios Generales in principalibus locis duarum Diocesum, a quo principaliter vicariarum. Ex part. 10. tract. 15. & Misc. 5. Rel. 31.

§. 1. **A**liqui affirmatiuè respondent. Ita Baldus in leg. aliquando, num. 1. appost. 4. ff. de offic. Procons. Panorm. in cap. quoniam, n. 3. de offic. ordin. Ruin. cons. 148. numer. 41. vol. 2. Boët de off. 247. num. 6. Rebuff. in praxi titul. de Vicar. Episc. num. 15. & 18. Couat. lib. 3. variar. resol. cap. 20. num. 4. Foller. in pract. crim. can. part. 1. mor. num. 74. Mar. Ant. Cucc. inst. maior. lib. 2. tit. 6. de Episc. num. 73. Sbroz. alios referens lib. 1. de Vicar. Episc. quest. 46. & 48. Azor. instit. mor. tom. 2. lib. 3. cap. 29. quest. 3. vers. Quo loco. Lancellot. instit. Canon. lib. 1. tit. de offic. Vicar. gloss. verb. Non potest, & alij. Vnde nouissimè Gauantus, in Man. Episc. vers. Vicar. num. 1. sic ait: Non potest Episcopus creare Vicarium ante apprehensionem possessionis Episcopatus, Sbroz. de Episcop. Vicario. l. b. 1. quest. 46. num. 15. Teneatur autem eum creare ad potestatem possessione, & potest cogi, idem ibid. num. 3. nimirum à Metropolitanato dato certo termino, Statuto termino, & elapso potest creati ab Archiepiscopo, idem q. 57. ex Trid. sess. 24. c. 16. Ita Gauantus.

2. Sed ego puto per se loquendo non teneri Episcopum constituere Vicarium generalem, qui loco sui iurisdictionem Episcopalem exerceat in eodem Tribunali, sed posse per se ipsum illam exercere si idoneus est; Dixi, per se loquendo, quia si necessitas hoc postulare vique ad id teneretur, vt dicitur in cap. quondam de offic. Ordin. & can. persi. 7. quest. 1. & docet Gloss. in cap. 2. vers. Statuantur ne Prelatus vices suas. Et hanc opinionem amplexa est Rota Romana, vt videre est apud Puteum decis. 43. lib. 2. Mohed decis. 4. de offic. Vicar. & fuit dictum in vna Verbiensis. & Tuscan. Vicarij, Veneris 3. Martij 1617. coram D. Canalerio. & vna Calaguritana fructuum 18. Martij 1583. coram Buhalo, qua est inter decis. diuers. 222. num. 5. part. 2. vt refert Aloys. Ricc. in collect. decis. part. 5. collect. 1602. & in praxi sori Eccles. resol. 484. in 2. edit. Et quod Communitas loci non possit petere manutentionem contra Episcopum, vt retineat in illo loco Vicarium generalem, est decis. Caputaqui 306. num. 3. part. 1. eandem opinionem tenent Ioan. Andr. in cap. cum ab omni de viri. & honest. cler. Archid. in cap. statutum de verscript. in 6. Felin. in cap. Quoniam de offic. Ordin. Sanch. lib. 3. de matrim. Flamin. alios referens de versignat. benef. lib. 5. quest. 16. num. 54. Gonzal. ad vers. cancell. gloss. 4. num. 66. Steph. Giat. tom. 1. disp. forens. cap. 92. num. 15. Quarant. in summ. Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas, num. 21. prope finem.

3. Probari potest hæc opinio. Primò ex dict. cap. quoniam, ubi dicitur teneri Episcopum constituere sibi Vicarium quando vrgens necessitas postulat, ergo arguendo à speciali, citra vrgentem necessitatem non tenetur. Secundo, quia nulla potest assignari sufficiens ratio, cur non possit Episcopus facere per se ipsum, si est idoneus id quod facit mediante Vicario.

4. Verum insurgit hic difficultas: An Vicarius habeat potestatem delegatam, vel ordinariam. Et non habere potestatem ordinariam asseruit Alexander in rub. ff. de offic. eius, n. 17. Goffi. in summa tit. de offic. Vicar. n. 2. Alciat. in rubr. de offic. ordin. y. 24. Sot. in 4. dist. 18. quest. 4. art. 2. vers. Circa concessio-

10. Anst. Getmon. lib. 1. animaduer. cap. 6. per 10. num. 6. de indult. Cardin. s. Tibi quoad uxoris, n. 43. & s. Ant. Gom. in Bull. Cruc. c. 4. circa 4. q. 2. 1. Io. Iph. Gonz. var. 99. c. 27. per totum.

5. Probatur hæc opinio eo quod iurisdicção Vicarij extinguitur Episcopo, qui eam concessit extinguunt; vt est probatum; At quæ est ordinaria, mortuo concedente adhuc remanet, in hoc enim à delegata distinguitur, quod hæc cum res est adhuc integra, morte mandatoris expiret. Innocentius III. in cap. licet de iudice delegato. Lucius III. in decretali reletum. 19. Urban. III. in cap. gratum. 20. cap. de iur. Ordinaria autem perseverat sine diminutione vlla, proindeque integra.

6. At ego sententiæ contrariæ adhareo, quam tenet Glotid. fin. verb. Reclorum. C. de offic. eius, qui vic. & cap. 2. de offic. Vicar. in 6. verb. Officialem, &c. Romanus, verb. Generaliter de appell. in 6. Specul. in de offic. ordin. num. 2. & ibi Io. Andr. verb. verius est. Dominicus in cap. 2. de offic. Vicar. lib. 6. num. 6. ad fin. vbi Anchar. num. 2. quest. 1. & Franc. num. 4. Dec. rubr. de offic. deleg. num. 3. & ibi Bero. num. 2. & 8. Bart. l. 1. in fin. si quis, & a quo appelleur. Alex. in rubr. de offic. eor. num. 15. & 17. Felin. rubr. de off. deleg. n. 4. Panvin. de paroch. Capis. Sede vacante 2. part. princ. quest. 107. Milis in reperi. verb. Vicarius, sine Officialis Episcopi. Afflic. in Const. Regn. Neapolis. lib. 1. rubr. 59. n. 11. Rebut. in praxi benef. tit. de Vicar. num. 6. Bolognet. rubr. de offic. eius. n. 58. Marañ. in pract. part. 4. disp. princ. An iudicium sit ordinarij, num. 13. Sylu. verb. Vicarius, quest. 4. dist. 1. vbi Tabien. quest. 5. Armill. n. 3. Nauar. lib. 4. const. in 2. edit. tit. de claud. dist. de iur. conf. 14. num. 1. & in 1. tit. de sponfal. const. 47. num. 1. Covarr. lib. 3. var. cap. 20. num. 4. Sbroz. de Vicar. Episc. lib. 2. quest. 55. num. 9. Flamin. de resig. benef. lib. 3. quest. 11. num. 23. & lib. 7. quest. 24. n. 25. Guttier. qq. canon. lib. 1. cap. 19. n. 15. vers. Nihilominus, Steph. Grat. tom. 5. discipul. forens. cap. 84. n. 15. & seq. de multi alijs, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 3. de matr. disp. 29. n. 3.

7. Probatur hæc opinio, quia Vicarius in certo quorundam loco forum agit & ius dicit. At hæc duæ res Vicario negari nequeunt, ergo nec ordinarij nomen ac dignitas. Secundo ordinarij creatur cum iurisdicçãoe aut à Principe 2. quest. 6. can. aut iudicibus, aut canonicis, aut ab vniuersitate. Innocent. in cap. vt animarum. 2. de consti. in 6. in Vicarium cadunt hæ notæ primo de multis, vnius ab Episcopo seditur pax cæntis, vt Diceat operam colloceat quam ad rem à canonicis quoque iurisdicção ei conceditur ad ministerij sui rationem necessaria cap. 2. de offic. Vicarij in 6. ibi cum à Bonifacio dicitur quod ad eum per commissionem officij generalem sibi ab Episcopo factam casuam cognitio transferretur, ac pertinet; At inquit, obsequio, animaduersio iurisdicçãoem in inquirentes, ac cognoscere præsupponunt, ac postulant, habet ergo iurisdicçãoem à Canone vicarij, consequenter à Ordinarij.

8. Confirmatur: Idem est Tribunal Episcopi, & Vicarij, eadem iurisdicção; & potestas amborum Innocent. IV. teste in cap. Romana Ecclesia, 3. de appell. in 6. & cum suffraganeorum, ob quam causam ab vno ad alium appellare illicitum, Bonifac. VIII. cap. 2. de auditorio vtriusque appellatio interposita videatur que est etiam Innocent. IV. ratio in decretali Romana de appell. in 6. quare cum suffraganeorum inquit, referret de causis ad ipsorum forum pertinentibus eorum vices suppleto cognoscunt vnum & idem consistorium siue auditorium sit censendum, ab ipsis Officialibus non ad dictos suffraganeos, (ne ab eisdem

ad ipsos interponi appellatio videatur) sed iure ad Remensem est Curiam appellandum. Ergo cum item sit Tribunal Episcopi, & Vicarij, nec ab isto ad illam licita sit, ac valida appellatio, in Vicarium cadet ordinarij appellatio. Cõsequentiã probatur, cum Vicarius sit Iudex cap. licet, de offic. Vicar. in 6. & extra eod. tit. cap. sua nobis. 5. necesse est eum esse ordinarij, aut delegatum, non postremum; Nam à delegato ad delegantem permilla est appellatio cap. super questionem 27. §. Porro de officio Iudicis delegati, non autem à Vicario ad Episcopum, cap. Romana 3. de appell. in 6. & cap. 2. de consuet. Item in 6. Non test hic ergo inter delegatos, sed inter ordinario Iudices habendus.

9. Ex his inferitur quoties in aliquo decreto fit mentio ordinarij, nisi subiecta materia aliud poscat, Intelligi non tantum Episcopum, sed etiam omnes habentes iurisdicçãoem ordinariam, quia omnes illi ordinarij sunt. In Gloss. in cap. Ordinarij verbo locorum de offic. Ordin. lib. 6. vbi Franc. n. 3. Dominic. cap. 2. de consti. lib. 6. n. 3. Abb. cap. cum olim de prescript. num. 2. Sylv. excommunicatione 9. casu 27. num. 9. 2. notab. 2. vers. Sed aduerto. Nauar. lib. 4. const. 2. edit. tit. de sponfal. const. 5. num. 2. Guttier. qq. canon. lib. 1. cap. 19. num. 15. vers. Nihilominus. Flamin. de resig. benef. lib. 3. quest. 11. num. 19. & seq. Sanch. loc. cit. num. 5. Vnde nomine, ordinarij comprehenditur Vicarius Episcopi, cum verè ordinariam iurisdicçãoem habeat ac proinde ordinarij sit vt probauimus. Sic Nauar. Guttier. Flamin. Grat. & Sanch. vbi supra, qui bene addit quoties in Tridentino mentio fit ordinarij comprehendendi Vicarium Episcopi. Idemque dicendum est de Vicario Capituli Sede Vacante, & aliorum habentium iurisdicçãoem Episcopalem, cum verè ordinarij sit.

10. Quare non sunt audiendi Doctores quidam dicentes quod quamuis Vicarius habeat ordinariam iurisdicçãoem, non tamen dici propriè ordinarij, nec venire nomine ordinarij, sed esse medium inter ordinarij, & delegatum. Hi sunt Bolognet. rubr. de offic. eius n. 55. in fin. Anton. Gomez in explic. Bullæ Cruc. cap. 4. num. 21. & seq. Motla in empor. iur. tit. 2. quest. 27.

11. Cum autem dicimus Vicarium generalem Episcopi esse ordinarij, intelligendum est quoad ea tantum, quæ ipso iure veniunt ex generali commissione Vicariatus, secus verò, quoad ea, quæ sibi ab Episcopo specialiter committuntur, eo quod requirant speciale mandatum, de quibus inferius, nam quoad hæc dicitur delegatus, nisi simul cum generali commissione Vicariatus committerentur, vt diximus supra.

12. Hinc etiam fit, vt quamuis in Concilio Tridentino sess. 25. c. 3. de reformat. dicatur solos Episcopos posse concedere literas excommunicationis pro rebus deperditis, & ablatis; Nihilominus id posse Vicarios generales, nomineque Episcoporum venire tradunt Sbroz lib. 2. de Vicario Episcopi, quest. 171. n. 2. Guttier. lib. 1. Canon. capit. 11. num. 8. & Henriquez, l. 13. de excommunicatione. c. 17. & Emmanuel. 1. tom. summo. 2. edit. cap. 79. n. 1. contra Bañez 2. 2. quest. 66. art. 6. fol. 404. col. 2. id negantem, posse Vicarium absque speciali facultate, quod etiam negat Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum part. 1. num. 205. & constat ex Concilio Tridentino dist. cap. 3. vbi à nemine, præterquam ab Episcopo decernendas statuit. Nihilominus affirmatiuam partem posse scilicet has literas monitoriales ex generali commissione Vicarij decernere non obstante Concilio vltra præcitatatos docent Frechil. de excommunicatione p. 2. art. 2. num. 5. Sayr. de censuris, lib. 1. cap. 9. num. 33. vers. primum est. Auila eodem tractatu part. 2. cap. 5. dist. 2. dub.

ANNE
Hnia
O. ILLIV
E. III

cap. 3. Grassi, tom. 1. cons. 6. de sentent. excommunicat. Aloy. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici decif. 270. in 1. edit. & resol. 255. num. 4. in edit. Garcia de Benefic. p. 5. cap. 8. num. 94. Vbi pro hac parte triplicem refert declarationem Sacrae congregationis Cardinalium super d. cap. 3. Concilij Tridentini.

13. Et tandem nota quod potest Episcopus ad expediendas causas constituere duos Principales Vicarios, dummodo tamen ij sint in loco vbi sedem habet. Ex quo fit vt non possit creare duos Vicarios generales in principalibus locis duarum Diocesium aequè principaliter vnitatum. Vide Barbolam, p. 3. alleg. 52. num. 126. & 129. Gauantum, vbi supra, n. 15. & 16. & fusè Merollam, tom. 3.

RESOL. XCIII.

An Vicarius possit reuocari ad libitum ab Episcopo? Et ampliatur hoc in quolibet Vicario cuiuscunque Superioris.

Et quid si Episcopus iurasset non reuocare Vicarium?

Et inferitur posse Episcopum causam coram eius Vicario pendentem ad se auocare, & prohibere illi ne iudicet in ea causa.

Et queritur, an per constitutionem secundi Vicarij censetur primus reuocatus? Et supponitur Episcopum posse constituere duos Vicarios Generales. Ex p. 10. tit. 15. & Misc. Ref. 24.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Merolla, tom. 3. disp. 7. c. 6. dub. 5. n. 448. Quia hæc est natura Vicariatus vt possit ad libitum remoueri, ita Gloss. in Clem. fin. de procur. & Clem. si principalis verb. Per electionem, de rescriptis. vbi Card. num. 10. Anchar. col. 2. Panorm. num. 9. & alij communiter. Ampliatur hoc in quolibet Vicario cuiuscunque Superioris, vt docent Gemin. c. 1. de offic. lib. 6. Bertach. de Episc. lib. 4. p. 6. tit. de Vicar. Episc. n. 9. Sbroz alios referens de Vicar. Episc. l. 3. q. 32. n. 3.

2. Ampliatur secundo etiam si Episcopus iurasset non reuocare Vicarium. Sic Io. Andr. c. iua. de offic. Vicar. vbi Panorm. n. 5. in fin. Paul. de Castr. cons. 361. n. 4. volum. 1. Boer. decif. 347. n. 1. Ricbuff. in praxi, tit. forma Vicar. Archiepisc. n. 193. quibus accedit Gloss. in c. fin. de procurat. in fin. vbi ait Procuratorem reuocari posse etiam si Dominus iurauerit illum non reuocare. Vt autem reuocatio non solum valide, sed etiam licite fiat, requiritur causa rationabilis, vt quia Vicarius male se gereret in administratione iustitiæ, nam aliàs Episcopus esset perjurus reuocando Vicarium, ac proinde peccaret mortaliter, quamuis esset valida reuocatio, nisi absolutionem à iuramento obtinuerit, ita Ricbuff. loc. cit. Cucc. vbi supra, n. 138. Sbroz, alios referens, d. q. 32. n. 8. & seqq. idem allerit gloss. in Clem. fin. de procurat. lib. 6. de Domino reuocante procuratorem, quem iurauerat non reuocare. Hinc inferitur à fortiori, posse Episcopum causam coram eius Vicario pendentem ad se auocare, ac prohibere illi, ne iudicet in ea causa. Patet, quia si Episcopus potest ex toto reuocare Vicarium ad libitum, vt diximus, ita etiam ex parte prohibendo illi, ne iudicet in aliqua causa. L. qua de reo. ff. de rei vindic. cap. Pastoralis, §. Item cum totum de offic. deleg.

3. Sed licet hæc sententia sit satis probabilis, quam præter Doctores citatos tenet Garcia in Ad. d. i. ad tract. de benef. par. 3. c. 7. num. 22. & Valenzuela, cons. 101. n. 10. vol. 2. Attamen affirmatiuam sententiã etiam probabilem esse puto, quam præter alios tucetur Sapientissimus, & eruditissimus Ioannes Solozanus de Indiarum iure, tom. 2. lib. 3. c. 8. num. 48. &

Ioannes Baptista Larrea in decisionibus Granatenibus decif. 2. num. 1. cum seqq. quos nouissimè sequitur Machadus, tom. 2. lib. 4. part. 3. r. r. r. 2. docum. 6. num. 4. vbi sic ait: El tercero modo con que cessa la iurisdiccion del Promisor es por la reuocacion que el dicho officio le haga su Obispo, en lo qual todos los Doctores conuenen. Queda pues dudoso y controuerso entre ellos, si el Obispo pueda renouer sin causa justa à su Promisor por sola su voluntad. El Presidente Valenzuela, y otros muchos antiguos y modernos enseñan que si y esto auiege al principio le hubiese prometido con juramento no reuocarle el officio. Però no obstante esto el Dotor Solozano juzga y defiende por mas recibida, y practicada opinion que el Obispo no puede renouer à su Promisor sin causa, y esta grave por la dignidad deste officio, y estimacion de las personas que se eligen para el. I desta misma opinion es don Juan Bautista de Larrea meritisimo Fiscal del Consejo Real, y merecedor por sus grandes partes de la Presidencia. Ita ille, qui merito de tali voto encomium facit, fuit enim laude dignissimus & plusquam ego mereor nomini meo addicissimus.

4. Sed an per constitutionem secundi Vicarij censetur primus tacite reuocatus affirmant Ioannes Andreas in c. iua de offic. Vicar. Gemin. in c. licet, n. 14. vers. vltimo limita eod. tit. in 6. Alex. & Iaf. in rubric. ff. de offic. eius. Bertach. in tract. de Episc. lib. 4. part. 6. tit. de Vicar. Episc. num. 15. Panvin. de potest. c. 2. part. princ. q. 10. num. 10. Milis in repet. verb. Vicarius Episcopi. Marc. Ant. Cucc. instit. maior. tit. de Vicar. Episc. num. 143. vbi hoc declarat vt procedat, quando Episcopus vnum tantum Vicarium habere consueuerat.

5. Sed ego adhæreo contrariæ sententiæ, quam sequuntur Glossa magna in cap. in Galliarum 13. q. 5. Albert. in dist. 1. si qui cum Procuratorio §. fin. versio. Quid in legatis Sedis Apostolica. Marr. Leand. trad. de leg. §. 10. Card. in dist. cap. iua 45. de offic. Vicar. Panorm. in cap. Volentes, num. 11. de offic. deleg. & ibi Barbat. col. 2. & seq. vers. Nota, hic textus. Roman. sing. 57. in fine. Boer. decif. 347. num. 5. in fine. Ricbuff. in praxi vbi de Vicar. Archiep. num. 204. Gambat. de pot. leg. lib. 9. tit. 13. Vant de nullit. tit. de nullit. ex des. mand. num. 166. Sbroz lib. 3. quest. 33. num. 2. Ricc. collect. 1485. & hanc sententiã tanquam communem esse tenendam scribit latè Alphons. Carmon seu Hojeda in tract. de Benefic. incompat. part. 2. cap. 10. num. 9. Et ratio est, quia Episcopus potest sibi constituere duos Vicarios generales. Cum ergo reuocatio Vicarij sit res odiosa, constitutio secundi Vicarij interpretanda est in minorem, ac benigniorem partem, vt scilicet facta sit cumulatiuè ad primam, & non priuatiuè.

6. Nec obstat argumentum in contrarium allatum de Procuratore, qui censetur reuocatus per constitutionem secundi. Nam responderi potest cum Panorm. & Boer. vbi supra, quod idè ius præsumit Dominum dando secundum Procuratorem censeri reuocare primum, quoniam plures Procuratores se impediunt per concurrentium, quandoque enim vnus affirmat, quod aliter negat iuxta not. in cap. pen. de elect. lib. 6. Secus in aliis Iudicibus ordinariis, quales sunt Vicarij generales Episcoporum. Nam cum ij habeant potestatem in solidum, plures deputari solent in eodem officio, vt facilius possit Reipublicæ consuli. c. vnic. de offic. consul. vbi Barr.

7. At ex nostra sententiã certum est quod non procederet si ex verbis secundæ constitutionis Vicarij colligeretur primum Vicarium esse reuocatum ex cap. Si quem de procur. in 6. vide Baunium, in Theol. not. tom. 1. r. r. r. 9. quest. 5. paulo ante finem.

RESOL